PASSIO SANCTI BLASII. GREGORIUS MAGNUS. VITA SANCTI BASILII
3. Viertel 12. Jh. Seite 91r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36561
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



et simul omnia creauit ex nichilo. S; ne mireris diutius
quid in uirtute dñi uenerabilis uir sanctulus exteri
us fecerit. audi ex uirtute dñi qualis interius fuit.
Die etenim quadam a longobardis captus quidam diaconus
tenebatur ligatus. eumq; ipsi qui tenuerant interficere
cogitabant. A due sperascente autem die uir dei sanctu
lus ab his de longobardis petiit. ut relaxari eiq; uita con
cedi debuisset. Quod posse se facere omnino negauerunt.
Cumq; mortem illius eos deliberasse cernerent. petiit
ut s ad custodiam tradi debuisset. Cui protinus responde
runt. Tibi quidem eum ad custodiendum damus. s; ea con
ditione interposita ut si iste fugerit pro eo ipse moriaris.
Quod uir dei libenter accipiens. predictum diaconem in sua
suscepit fide. Quem nocte media cum longobardos om
nes somno graui ~~deceptos~~ aspiceret. excitauit et ait. depressos
Surge et concitus fuge. liberet te omnipotens deus. S; is
de diaconus promissionis eius non in memor. respondit di
cens. fugere pater non possum. quia si ego fugero pro
me sine dubio morieris. Quem uir dñi ad fugien
dum compulit dicens. Surge et uade. te deus eripiat.
Nam in manu ego eorum sum. tantum in me possunt fa
cere quantum ipse permiserit. fugit itaq; diaconus.
et quasi deceptus in medio fide uissor remansit. fac
to igitur mane longobardi qui diaconum ad custodiendum
dederant uenerunt. quem dederant petierunt. S; hunc
uenerandus pbr fugisse respondit. Tunc illi inquiunt.